Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26344
Copyright: Admont, Benediktinerstift



33

Ecce ego leuo ad gentes manu mea & ad populos ex
altabo signum meum. Multi incerta demisso adorabunt te &
puluere pedum tuorum lingent. Inter medium istorum quę abuno eo
dem dicta sic medium tene. ut & merito de tesseris
simulacrorum gentium & tam adorare debeas aliquid signum.
quam exaltabo in quo signum meum & adipsum conuersus multi in quo
interim demisso adorabit te. Iudeus. Tu illud medium osten
de. tum si potes modum exponere. quo unumquemque liceat homini fac
to ad imaginem dei aliquid simulachrum aliquid opus manuum adora
re. Maria. Primum hoc dico tibi. quia illud sup quod in calumniaris
simulacrum non de simulacris gentium. neque enim gentes quin
dum gentes. i. gentiles si fuerunt tale simulacrum adorant
siue adorauerit. Et manifesta minorum distantiae. quia
simulacra gentium cuncta mendacia sunt. istud autem simulacrum
non mendacium sed summe ueritatis est signum. Quisquis simulacra gen
tium facit & adorat. mendacium facit & mendacium adorat. Qui autem
simulacrum ihu xpi crucifixi pro salute mundi facit &
adorat. ueritatem facit. ueritatem adorat. Iudeus
Absque ulla distantia absque aliqua exceptione dicit dominus qui
non mutatur. Non facies tibi sculptile neque omne similitudi
nem quę in celo desup. quę in terra deorsum. neque quę
sunt in aqua sub terra. Maria. Ait ipse postmodum admoneo sen
facies inquit duos quoque cherubim aureos productiles ex
utraque parte oraculi. Cherubim sint in latere uno oracu
li. & alter in altero. Verumque latus propiciatorium tegant
expandentes alas suas & operientes oraculum respiciant
que se mutuo uersis uultibus in propiciatorium. Et libro
numeri scriptum est. Fac serpentem eneum ait domi
nus & pone eum pro signo. Qui percussus aspe
rit eum uiuet. Fecit ergo moyses serpentem ene
um & posuit pro signo. Quem cum percussi aspexissent sanabantur
Iudeus. Et si iussit dominus illum fieri non tamen iussit immo